



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando stamus. Exercit. 28

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Quando stamus.
Exercitium 28.

Ierem. 2. Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum super munitiorem.

Sap 5. Stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt.

Ephes. 6. State succincti lumbos vestros in veritate.

1. Cor 16. Qui se existimat stare, videat ne cadat.

Consideratio.

CONsiderabimus, Christum stantem ad dexteram Patris, vt pro electis suis decertet: quemadmodum vidit eum à Iudæis lapidaretur, cuius etiam auxilio viriliter præliatus est, in certamine, pro Christo moriens, victor euasit.

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo, quod nos humi per peccatum, lapsos, releuaerit, certam nobis spem salutis contulerit: atque animum nostrum concidentem & desperantem crexerit.

Com.

Confusio.

ERubescemus: recordando temporis illius, qui erecti contra Deum stetimus, & aduersus eum præliati sumus resistendo illius voluntati: & è contrario ad hostium nostrorum pedes prouoluti iacerimus, implendo in omnibus ipsorum voluntatem.

Petitio.

Petimus à Deo, fortitudinem in pedibus consistendi, & viriliter contra inimicos nostros decertandi, vt illos profligare, atque pedibus nostris substernere possimus.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, in seruos: paratiq̃ue stabimus ad omnia, si cuiq̃ illi nobis præcipere placuerit, perficienda, simul cum innumerabili illa multitudine cœlestium spirituum, coram ipso semper assistente & ad omne ipsius beneplacitū prõptissima.

Quando horologium sonat.

Exercit. 29.

Psal. 76. Et dixi, nunc cœpi.

Roman.